

tale co³ speres et ipse venire diae⁴. |
 Iustus ego non patrio set materno nomine dictus, |
 paupere patre quidem set fame⁵ divite vixi. |
 Tibicinis cantu modulans alterna vocando |
 Martios ancentu stimulans gladiantes in arma vocavi⁶. |

Qui vixi annis XXI m. XI d. XXVIII. |

Iustus ego morte acerba peri. |

Parentes filio incomparabili.

Venafri rep. (X 4945 descripserunt Venafrani duo, satis accurate ut videtur). Buecheler carm. epigr. n. 1319. — 1) Subsiste. — 2) Festinans. — 3) Talem cum, 4) diem. — 5) Famae. — 6) Intellege tibicinem ludis gladiatoriiis adhibitum; cf. Kaibel epigr. Gr. 350 v. 4, item Petron. 36; Iuvenal. 3, 34; P. I. Meier Westd. Zeitschr. 1, 154.

5151 Cn. Maetius | Felix lanista, | August.¹

Neapoli (X 1733 ter ut videtur descripta saec. XVI. XVII). — 1) Augustalis (sic potius quam lanista Augusti). — Titulus suspicionem movit Mommseno cf. C. I. L. X l. c. Huelsen (Roem. Mitth. 10, 1895 p. 293 seq.) et hanc et alias lanistarum inscriptiones (VI 4074. 40200 = Orell. 2354. 2351) falsas putat, scilicet recenti tempore lapidibus incisas.

5152 Eutyclus | Aug. lib. | Neronianus, | medicus ludi | matutini, fecit sibi et | Irene lib., coniugi | carissimae | bene meritae, et | libertis libertabusq. | posterisque | eorum.

Romae, duo lapides eadem inscriptione (sed versibus aliter divis) inscripti (VI 4072 vidit Smetius). Ad homines eosdem pertinet VI 4073. — 1) Alius medicus ludi matutini est Inscr. Graec. Sicil. Ital. 1530.

5153 dis manibus | Corneliae Frontinae, | vixit annis XVI m. VII, | M. Ulpus Aug. lib. Callistus | pater, praepositus armamentario | ludi magni, et Flavia Nice coniux | sanctissima fecerunt, sibi | libertis libertabusq. posterisq. eor.

Romae ad viam Appiam rep. (VI 4064 vidit Henzen).

5154 diis manibus | Nymphodoto Caes. n. ser., | dispensatori ludi magni, coniugi optumo, | Aelia Pelagia coniux | et Aelia Synerusa mater.

Romae, deinde Urbini (VI 4066 vidit Bormann).

5155 d. m. | Claudiae | Thallusae Aug. | lib. et Thalliae | f. eius, Hyacinthus vilicus [am]phitheatr¹ con|ugi suae et filiae | eius et sibi et suis.

Romae (VI 4063 servavit Fabrettius). — 1) amphitheatri traditur.

5156 Charito custos de amphotheat. (sic)¹

5157 Menander l., | ostiarius | ab amphotheatr.¹

Romae rep. in sepulcro familiae Statiliorum ad portam Praenestinam (VI 6226. 6227 vidit vel Henzen vel Mau). — 1) Videtur significari amphitheatrum a T. Statilio Tauro a. 724 in campo Martio extractum; cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 264.

5158 d. m. | M. Aurelius Victor Augg. lib., | adiutor ad feras¹, se vivo | fecit sibi et suis libertis | libertabusq. posterisq. | eorum itu ambitu.